Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Seite 85

Quelle:
Copyright:

„ mentis devote firmam devocionem, vel adeq;
„ dem mentis summam excessum et contemplacionem, vel ad divinedulcedinis pregustacionem pertinent, succincte et lucide continentur ut in processu libri clarius apparebit. Et quia omnia predicta interioris hominis perfectionem respiciunt ideo rationabiliter istum librum intytulandum de spirituali perfeccione interioris hominis duxi. — — Qui quidem liber continet XXIIII libros parciales juxta titulos infra scriptos." Hunc sequitur index librorum, quem excipit alter prologus ipsius authoris, nempe: "Quia multa predicabilia pulchra et utilia". Capituli autem primi initium est: "Quia menti racionali virtutes non possunt inseri." Finito opere, et post elenchum cujuslibet libri capitulorum legitur subscriptum: "Explicit liber de perfectione interioris hominis studiose conceptus per Magistrum Heynricum de Primaria sacre theologie professorem ex libris collacionum et institucionum sanctorum patrum." Eusdem operis meminit Trithemius de Script: Eccl: cap: 587. sub nomine Flores ex collatione Patrum, idque sed perperam, distinguit ab opere de perfectione hominis. Fusius autem de illo agit Oefner in Bibl: Augustin: p: 953.

II. Fol. 151a – 161a

S. Augustini Sermo de disciplina Christiana.

S. Augustini Sermo de disciplina christiana. Incipit: "Locutus est ad nos Sermo Domini". Extat inter Opp. S. Augustini edit: Maur: T. VI. col: 587. sed locupletior ac in codice nostro.